

Quatuor unguenta ca-  
lida

{ Arêgon.  
{ Mariaton.  
{ Althææ.  
{ Agrippæ.

Quatuor unguenta fri-  
gida.

{ Album camphoratum  
{ Rosatum Mesuæ.  
{ Populeon.  
{ Infrigidans Galeni.

Hæc autem omnia ac singula à Pharmacopœis  
ad amissum tenenda, imò memoria mandanda,  
sunt, ne in his aliquin error obtingat, qui vel  
Medici intentionem præpediat, vel agro dam-  
num adferat; eum apprimè cavendum sit, ne  
quis ab ea arte que omnicus benefacit, per ope-  
rarij. eâ tractantis aut exercentis vel inscitiam  
vel incuriam ledatur.

## CAP. SEPTIMUM.

De Succedaneis quorundam  
Medicamentorum, eorumq;  
substitutis.

D 3

Euenit

**E** Venit per sepe ut in tanta tam diuersorum Medicamentorum farragine simplex aliquod medicamentum desideretur, vel quia id omnino deest comparari vix potest veluti Balsamum verum, vel quia vis eius ob loci unde id peti debet distantiam, & itineris prolixam moram exoletum ad nos deuehitur ac viribus expers, vel quia de eius ortu, an nimirum legitimum id sit vel spurium, ad huc dubitatur, unde ne acri suo commode priuatur aliud quodpiam viribus aequipollens huic substituendum; quod eius defectum simili temperatura, facultate ac gradu resarciat. Talia subrogata medicamenta Græcis ἀρτίκαδόμενα dicta, Latinis succedanea & substituta. Officinis verò licet satis Barbaro, Quid pro Quo vocari consueuerunt. In iis autem deligendis utpotè quidnam cuiq; commode subrogari queat, cum non nisi peritissimi Medici, minimè verò Pharmacopœi iudicare ac decernere possint ac debeant, idcirco præcipua eorum complexi hac ipsa in seriem Alphabeticam sic digestimus, ut è dextro subiecti catalogi latere vera & legitima, ex sinistro verò succedanea seu ἀρτίκαδόμενα promptè conspicerentur.

## ITAQUE PRO.

**A** Brotano  
Absinthio

Origanum.  
Abrotanum.

Aca-

|                     |                                                                                                 |
|---------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Acacia.             | Hypocistis, aut suc-<br>cus Prunorū syl-<br>uestriū inspissatus                                 |
| Acantho.            | Malua.                                                                                          |
| Acoro               | Calam <sup>9</sup> Aramaticus,<br>aut in purgantib <sup>9</sup><br>Asarum.                      |
| Adipe cerui         | Adeps caprae.                                                                                   |
| Adipe vulpis        | Adeps vrsinus.                                                                                  |
| Althaea.            | Malua.                                                                                          |
| Amma                | Anisum.                                                                                         |
| Amomo               | Calamus Arom. aut<br>grana Juniperi, vel<br>semen Citri ac Hy-<br>perici, æquali por-<br>tione. |
| Ammoniaco           | Propolis. (dere.)                                                                               |
| Amygdalis amaris    | Nuclei Persicorum                                                                               |
| Aniso               | Daucus.                                                                                         |
| Aqua marina.        | Muria piscis, aut a-<br>qua simplex in<br>qua salis vncia se-<br>mis bullierit.                 |
| Aristolochia rotūda | Longa vel pistolo-                                                                              |
| Aspalatho           | Lignū Aloës (chia.)                                                                             |
| Balaustio           | Malicorium.                                                                                     |
| Balsamo             | Oleum Caryophyl-<br>lorū, aut Nucum                                                             |
| Blito.              | Atriplex. (Musc.)                                                                               |
| Boragine.           | Buglossa. Ca-                                                                                   |

S V B S T I T.

|                  |                                                               |
|------------------|---------------------------------------------------------------|
| Galamo Aromatico | Schoenanthus.                                                 |
| Calamintha       | Mentastrum.                                                   |
| Cardamomo        | Cyperus.                                                      |
| Carpobalsamo     | Cubebæ.                                                       |
| Cassialignea     | Cinamomum opti-<br>timum.                                     |
| Chamædry         | Chamæpyrys.                                                   |
| Citri succo      | Succus Limonum.                                               |
| Dauco,           | Pastinaca.                                                    |
| Dictamno         | Scordium.                                                     |
| Doronico         | Zedoaria, aut Galan-<br>ga cū aliquā pora-<br>tione corticum. |
| Ebulo            | Citri.                                                        |
| Eupatorio Mefua  | Sambucus.                                                     |
| Folio.           | Asari & Absinthij a-<br>na: partes æqua-<br>les.              |
| Galbano          | Macis & Cyperiaua.<br>parres æquales.                         |
| Harmel           | Sagapenum.                                                    |
| Helleboro albo   | Dictamn <sup>9</sup> albus, aut<br>sem Rutæ.                  |
| Herba Paris      | Niger, vel Turbith.                                           |
| Hysopo           | Vmbilicus Veneris,<br>aut Sedum minus.                        |
| Iusquiamo        | Saturegia.                                                    |
|                  | Papauer.                                                      |
|                  | Lacca                                                         |

SVBSTIT.

|               |                                                |
|---------------|------------------------------------------------|
| Lacca.        | Syrax.                                         |
| Lapide Armeno | Lapis Lazuli.                                  |
| Mandrogora.   | Iusquiam <sup>9</sup> s, Solam <sup>9</sup> s, |
|               | Papauer.                                       |
| Meu           | Angelica, aui Ostru-                           |
|               | tium.                                          |
| Omphacio      | Succus Granatorum                              |
|               | aut Ribes.                                     |
| Opopanace     | Ammoniacum, vel                                |
|               | Galbanum.                                      |
| Oesypo        | Medulla cruris vituli                          |
| Petroselino   | Apium.                                         |
| Phu           | Valeriana.                                     |
| Pipete longo  | Album.                                         |
| Rhapontico    | Rhabarbarum, sele-                             |
|               | ctum.                                          |
| Saxifragia    | Pimpinella.                                    |
| Secacul       | Radix Pastinacæ syl-                           |
|               | uestris, vel Eringij.                          |
| Sifone        | Daucus.                                        |
| Tamarisco     | Aspienium.                                     |
| Xylobalsamo.  | Lignum Aloës.                                  |

SYSTIE

Hac ideo subiecimus, ne quilibet Pharmacopœus suo pro judicio, cog<sup>2</sup> forsan crudo; temerè de his quidquam statuât, aut suo arbitratu inconsultò in defectum alterius quidpiam subrogare nitatur, quod non prudenti consilio ac unanimi Medicorum exercitatorum decreto eidem sufficien-

D s dum

dum fuerit; cum succedaneorum censura non nisi peritissimis Medicis credi possit ac debeat, ut potest in qua non nuda qualitas, sed qualitatibus quoque gradibus, ac operationis in super modum doctâ plane & solerti indagine pensitandus.



CAPVT OCTAVVM.

De Venenis, eorundemq; Antidotis seu Alexipharmacis.

**E**Th in confesso est celeberrimas illas antidotos Mithridaticum nimirum ac Theriacam a Damocrate & Andromacho ante aliquot secula pellendis quibusuis venenis, eorundemq; noxis abolendis adinventas constructasq; fuisse, ac contra venenatorum animalium ictus, percussiones, & morsus præclaram & efficacem omnino opem præstitisse, quibus longa posteritatis observatio multa experimentorum serie fidem non modo fecit, sed & utriusq; Antidoti famam ad nostra hæc usq; tempora non sine perennis glorie encomio ac laude deduxit. Venenorum tamen varietas, ac eorundem diversa vel natura, vel